

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1766

CCCCXCII. A poloniæ rege constituitur marchio [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-295134](#)

CCCCXCII.

A POLONIÆ REGE CONSTITUITUR MARCHIO
 EDUARDUS FORTUNATUS INTERPRES, PROMOTOR,
 REFERENS ET DIRECTOR VECTIGALIUM
 ET TELONIORUM REGNI
 POLONICI.

A N N O M D L X X X V I I,


Ex Archivo Badensi.

SIGISMUNDUS tertius DEI gratia Electus Rex Poloniæ, Magnus
 Dux Lithuaniæ &c. &c. nec non eadem gratia Suecorum, Gotho-
 rum, Wandalorumque proximus Princeps hæreditarius & futurus Rex,
 Magnique Principatus Finlandiæ &c. &c. hæres. Notum testatumque
 facimus, quorum interest universis & singulis. Quod ex spetiali gratia
 & favore, quo prosequimur Illustrissimum Principem, Dominum Eduar-
 dum Marchionem Badensem Comitem in Spanheim &c. Consanguineum
 nostrum carissimum, eidem concessimus, sicuti etiam hisce litteris ad
 beneplacitum nostrum concedimus & permittimus, ut omnes qui telo-
 nia & vectigalia ad mensam nostram regiam pertinentia, certa pecunia,
 conducere deinceps cupiunt, eo solo interprete & promotore apud nos
 utantur; atque per ejus Illustratatem resolutionem & responsum nostrum
 regium, in iis quæ ad conductionem dictorum vectigalium & telonio-
 rum pertinent, expectent & percipient. Ita tamen ne privilegiis ordi-
 num regni nostri Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ aliquid hoc no-
 mine derogetur; atque ut præfatus Dominus Marchio omnibus modis

caveat, ne redditus vectigalium & teloniorum nostrorum ulla ratione diminuantur; sed potius quantum æquum erit & fieri poterit augeantur. In cuius rei fidem, præsentes litteras manu nostra subscripsimus, & sigillo nostro, quo ad præsens utimur, muniri curavimus. Datum in urbe nostra regia Gedanensi XVI. Octobr. Anno MDLXXXVII.

SIGISMUNDUS Rex Electus.

(L. S.)



CCCCXCIII.

SIGISMUNDI III. POLONIE REGIS MARCHIONI
EDUARDO FORTUNATO &c. ET GUSTAVO BRAHE COMITI
A WISENBURG BARONI A SUNDHOLM &c. NEC NON EO-
RUNDEM HÆREDIBUS, &c. MINERAS ALIQUOT AURI, &c.
PERQUIRENDI, &c. PER TRIENNIVM SINE PENSIONE,
HOC AUTEM TEMPORE ELAPSO, DE ISTIS METALLIS
ET MINERIS DECIMAM PARTEM PROVENTUUM
PENDENDI, PROMISSIO.

ANNO MDLXXXVIII.

Ex Archivo Badensi.

Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam facta humana quantumvis
memorabilia facile intereunt, nisi literarum beneficio ab oblivio-
ne vindicentur ideo Nos SIGISMUNDUS III. DEI gratia Rex Polo-
niæ & designatus Sueciæ, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae,

Cod. Dipl. P. III.

T 2